BIBLIA SACRA

IUXTA VULGATAM VERSIONEM

adiuvantibus

B. Fischer, I. Gribomont,

H. F. D. Sparks, W. Thiele

recensuit et brevi apparatu critico instruxit

ROBERT WEBER

Editionem quintam emendatam retractatam

praeparavit

ROGER GRYSON

DEUTSCHE BIBELGESELLSCHAFT

14—16: Mc 14,10.11; Lc 22,3–6 ad principes sacerdotum 15 et ait
illis
quid vultis mihi dare et ego vobis
eum tradam
Za 11,12 at illi constituerunt ei triginta ar-
genteos
21,46! 16 et exinde quaerebat oportunitatem
ut eum traderet
17—19: Mc 14,12–16; Lc 22,7–13 17 prima autem azymorum accesserunt
discipuli ad Iesum dicentes
ubi vis paremus tibi comedere pas-
cha
18 at Iesus dixit
ite in civitatem ad quendam et dicite
ei
magister dicit
tempus meum prope est
apud te facio pascha cum discipulis
meis
21,6 19 et fecerunt discipuli sicut constituit
illis Iesus
et paraverunt pascha
Lc 22,14 20—25: Mc 14,17–21 20 CCLXXVIII/IIII Vespere autem facto dis-
cumbebat cum duodecim discipulis
21 et edentibus illis dixit
Io 13,21 amen dico vobis
quia unus vestrum me traditurus est
22 CCLXXX/I Et contristati valde coepe-
Lc 22,23 runt singuli dicere
numquid ego sum Domine
23 CCLXXXI/II At ipse respondens ait
Ps 40,10! Io 13,18 qui intinguit mecum manum in par-
apside hic me tradet
Lc 22,22 24 Filius quidem hominis vadit sicut
scriptum est de illo
vae autem homini illi per quem Fi-
lius hominis traditur
CCLXXXII/VI Bonum erat ei si natus non
fuisset homo ille
10,4! Mc 3,19; Lc 6,16 25 CCLXXXIII/X Respondens autem Iudas
qui tradidit eum dixit
numquid ego sum rabbi

ait illi tu dixisti
26 CCLXXXIIII/I Cenantibus autem eis ac-
cepit Iesus panem et benedixit ac
fregit
deditque discipulis suis et ait
accipite et comedite hoc est corpus
meum
27 CCLXXXV/II Et accipiens calicem gratias
egit et dedit illis dicens
bibite ex hoc omnes
28 hic est enim sanguis meus novi testa-
menti
qui pro multis effunditur in remis-
sionem peccatorum
29 dico autem vobis
non bibam amodo de hoc genimine
vitis
usque in diem illum cum illud bibam
vobiscum novum in regno Patris
mei
30 CCLXXXVI/VI Et hymno dicto exierunt in
montem Oliveti
31 CCLXXXVII/IIII Tunc dicit illis Iesus
omnes vos scandalum patiemini in
me in ista nocte
CCLXXXVIII/VI Scriptum est enim
percutiam pastorem et dispergentur
oves gregis
32 postquam autem resurrexero prae-
cedam vos in Galilaeam
33 CCLXXXVIIII/I Respondens autem Pet-
rus ait illi
et si omnes scandalizati fuerint in te
ego numquam scandalizabor
34 ait illi Iesus
amen dico tibi
quia in hac nocte antequam gallus
cantet ter me negabis
35 CCXC/VI Ait illi Petrus
etiam si oportuerit me mori tecum
non te negabo
similiter et omnes discipuli dixerunt

S(S)AMZ (F)P(G)DCΦ co 17 autem + die FPDΦ c | 18 in ciuitate SPG. | 20 *num.* 279/4 *ad* uespere *pon.* MZPΦ, *cf.* Mc 14,17, *ad* et edentibus *cet.*, *cf.* Lc 22,14 | discipulis + suis ZFPCΦ c | 23 in parabsidem S | 24 *num.* 282/6 *ad* uae *pon. codd. (excepto M) et* c *contra* Mc *et* Lc | tradetur PDΦ c | bonum + enim M | 26 suis *om.* M | 28 effunditur AMF c G] effundetur *cet.* | 29 illum *om.* A | illud] illum AMGD | 32 in galilaea Z | 35 [*deest* N *usque ad* 28,9] |

36—40: Lc 22,40–46 36—46: Mc 14,32–42 36 CCXCI/I Tunc venit Iesus cum illis in
villam quae dicitur Gethsemani
CCXCII/VI Et dixit discipulis suis
Gn 22,5 sedete hic donec vadam illuc et
orem
17,1! 37 et adsumpto Petro et duobus filiis
Zebedaei
coepit contristari et maestus esse
38 CCXCIII/IIII Tunc ait illis
Io 12,27 tristis est anima mea usque ad mor-
tem
sustinete hic et vigilate mecum
39 CCXCIIII/I Et progressus pusillum pro-
42! cidit in faciem suam orans et dicens
mi Pater si possibile est transeat a me
calix iste
6,38 CCXCV/I Verumtamen non sicut ego
volo sed sicut tu
43 40 CCXCVI/II Et venit ad discipulos et in-
venit eos dormientes
et dicit Petro
sic non potuistis una hora vigilare
mecum
Mc 13,33; Lc 21,36! 41 vigilate et orate ut non intretis in
Lc 11,4 temptationem
CCXCVII/IIII Spiritus quidem promptus
est
caro autem infirma
39! 42 CCXCVIII/VI Iterum secundo abiit et ora-
vit dicens
Io 18,11 Pater mi si non potest hic calix trans-
6,10! ire nisi bibam illum fiat voluntas
tua
40 43 et venit iterum et invenit eos dor-
Lc 9,32 mientes
erant enim oculi eorum gravati
16,4! 44 et relictis illis iterum abiit et oravit
tertio eundem sermonem dicens
45 CCXCVIIII/IIII Tunc venit ad discipulos
suos et dicit illis
dormite iam et requiescite

ecce adpropinquavit hora
et Filius hominis traditur in manus 17,22! Lc 9,44
peccatorum Io 14,31
46 surgite eamus
ecce adpropinquavit qui me tradit
47 CCC/I Adhuc ipso loquente
ecce Iudas unus de duodecim venit 14! Mc 14,10; Io 18,3
et cum eo turba multa 47—56: Mc 14,43–50; Lc 22,47–53
cum gladiis et fustibus a principibus
sacerdotum et senioribus populi
48 CCCI/II Qui autem tradidit eum dedit
illis signum dicens
quemcumque osculatus fuero ipse
est tenete eum
49 et confestim accedens ad Iesum di-
xit
have rabbi II Sm 20,9
et osculatus est eum
50 dixitque illi Iesus
amice ad quod venisti 22,12; Gn 26,27
tunc accesserunt et manus iniece-
runt in Iesum
et tenuerunt eum
51 CCCII/I Et ecce unus ex his qui erant 51.52: Io 18,10.11!
cum Iesu
extendens manum exemit gladium
suum
et percutiens servum principis sa-
cerdotum amputavit auriculam eius
52 tunc ait illi Iesus
converte gladium tuum in locum
suum
CCCIII/X Omnes enim qui acceperint Apc 13,10!
gladium gladio peribunt
53 an putas quia non possum rogare
Patrem meum
et exhibebit mihi modo plus quam
duodecim legiones angelorum
54 quomodo ergo implebuntur scrip-
turae quia sic oportet fieri
55 CCCIIII/I In illa hora dixit Iesus turbis

36 in uilla Z | suis *om.* S | *num.* 292/6 *ad* sedete *pon.* ZCΦ, *cf.* Mc 14,32 | 39 mi *om.* A c; ~ pater mi ZPΦ c | a me *om.* A | tu + uis ZP | 40 discipulos + suos FPGD c | 45 adpropinquabit ZΦ | traditur SFG] tradetur *cet.* | 46 adpropinquabit ZΦ | tradit SAM c G] tradet *cet.* | 47 ipso] eo P c | fustibus SMFG. G] + missi *cet.* | 50 ad quid c | 51 percussit ... et amputauit ZFG | 52 *num.* 303/10 *ad* omnes *pon.* F, *cf.* Io 18,11, *ad* tunc *cet.*, *cf.* Mc *et* Lc | 53 possim MG; possem s. | duodecim + milia SZFPG | 54 ergo *om.* S | S(S)AMZ (F)P(G)DCΦ co

9—13: Mt 10,17–22; 24,9–14; Lc 21,12–19 agogis vapulabitis
et ante praesides et reges stabitis
propter me in testimonium illis
16,15! 10 CXL VI Et in omnes gentes primum
oportet praedicari evangelium
Mt 10,19.20! Lc 12,11.12! 11 CXLI II Et cum duxerint vos tradentes
nolite praecogitare quid loquamini
sed quod datum vobis fuerit in illa
hora id loquimini
non enim estis vos loquentes sed
Spiritus Sanctus
Mt 10,35! 12 tradet autem frater fratrem in mortem
et pater filium
et consurgent filii in parentes et
morte adficient eos
Lc 6,22! 13 et eritis odio omnibus propter nomen
meum
qui autem sustinuerit in finem hic
salvus erit
Dn 9,27 14 CXLII VI Cum autem videritis abominationem
desolationis stantem ubi
14—20: Mt 24,15–22; Lc 21,20–24 non debet
qui legit intellegat
CXLIII II Tunc qui in Iudaea sunt fugiant
in montes
15.16: Lc 17,31 15 et qui super tectum ne descendat in
domum nec introeat ut tollat quid
de domo sua
16 et qui in agro erit non revertatur
retro tollere vestimentum suum
Lc 23,29! 17 CXLIIII II Vae autem praegnatibus et
nutrientibus in illis diebus
18 CXLV VI Orate vero ut hieme non fiant
Dn 12,1; Apc 16,18 19 CXLVI II Erunt enim dies illi tribulationes
tales
quales non fuerunt ab initio creaturae
quam condidit Deus usque
nunc neque fient
20 CXLVII VI Et nisi breviasset Dominus
dies non fuisset salva omnis caro
sed propter electos quos elegit breviavit
dies
Lc 17,21.23 21 CXLVIII II Et tunc si quis vobis dixerit
21—23: Mt 24,23–25 ecce hic est Christus ecce illic

ne credideritis
22 CXLVIIII VI Exsurgent enim pseudochristi
et pseudoprophetae
et dabunt signa et portenta ad seducendos
si potest fieri etiam electos
23 vos ergo videte
ecce praedixi vobis omnia
24 CL II Sed in illis diebus post tribulationem
illam
sol contenebrabitur
et luna non dabit splendorem suum
25 et erunt stellae caeli decidentes
et virtutes quae sunt in caelis movebuntur
26 CLI II Et tunc videbunt Filium hominis
venientem in nubibus cum virtute
multa et gloria
27 et tunc mittet angelos suos et congregabit
electos suos a quattuor
ventis
a summo terrae usque ad summum
caeli
28 a ficu autem discite parabolam
cum iam ramus eius tener fuerit et
nata fuerint folia
cognoscitis quia in proximo sit aestas
29 sic et vos cum videritis haec fieri
scitote quod in proximo sit in ostiis
30 amen dico vobis
quoniam non transiet generatio haec
donec omnia ista fiant
31 caelum et terra transibunt
verba autem mea non transibunt
32 CLII VI De die autem illo vel hora nemo
scit neque angeli in caelo neque Filius
nisi Pater
33 CLIII VI Videte vigilate et orate
nescitis enim quando tempus sit
34 CLIIII II Sicut homo qui peregre profectus
reliquit domum suam
et dedit servis suis potestatem cuiusque
operis
et ianitori praecipiat ut vigilet

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ ꝏ 11 id] illud Z | ~ uos estis D ꞇ | 15 nec] ne ZΦ. | 16 reuertetur M | 19 tribulationis AGΦ | 20 breuiauit] breuiabit ZΦ | 22 ~ fieri potest D ꞇ | 25 ~ stellae caeli erunt A MD ꝏ | ~ in caelis sunt ꞇ. | 27 congregauit ZPG | 29 quod] quia SG | 30 transibit AMG ꝏ; transiit P. | 32 illa SZPCΦ | 34 praecepit P ꞇ; praecipit Φ |

35 CLV II Vigilate ergo
Mt 24,36! nescitis enim quando dominus domus
veniat
sero an media nocte an galli cantu an
mane
36 ne cum venerit repente inveniat vos
dormientes
37 quod autem vobis dico omnibus dico
vigilate
Lc 22,1.2 14 CLVI I Erat autem pascha et azyma
1.2: Mt 26,2–5 post biduum
Gn 37,18; Mt 14,5! 1,18; 7,30! Act 9,29! CLVII VI Et quaerebant summi sacerdotes
et scribae quomodo eum dolo
tenerent et occiderent
2 dicebant enim
non in die festo ne forte tumultus
fieret populi
3—9: Mt 26,6–13 3 CLVIII I Et cum esset Bethaniae in domo
Simonis leprosi et recumberet
Lc 7,37 venit mulier habens alabastrum unguenti
nardi spicati pretiosi
et fracto alabastro effudit super caput
eius
4 erant autem quidam indigne ferentes
intra semet ipsos et dicentes
ut quid perditio ista unguenti facta
est
Io 12,5 5 poterat enim unguentum istud veniri
plus quam trecentis denariis et dari
pauperibus
et fremebant in eam
6—8: Io 12,7.8 6 Iesus autem dixit
sinite eam
quid illi molesti estis
bonum opus operata est in me
Mt 26,11! 7 semper enim pauperes habetis vobiscum
et cum volueritis potestis illis benefacere
me autem non semper habetis
8 CLVIIII IIII Quod habuit haec fecit

praevenit unguere corpus meum in
sepulturam
9 amen dico vobis Mt 26,13
ubicumque praedicatum fuerit evangelium 16,15: Col 1,5.6.23
istud in universum mundum
et quod fecit haec narrabitur in memoriam
eius
10 CLX II Et Iudas Scariotis unus de duodecim 43! Mt 26,47! Io 6,72!
abiit ad summos sacerdotes 10.11: Mt 26,14–16; Lc 22,3–6
ut proderet eum illis
11 qui audientes gavisi sunt et promiserunt
ei pecuniam se daturos
et quaerebat quomodo illum opportune
traderet
12 et primo die azymorum quando 12—16: Mt 26,17–19; Lc 22,7–13
pascha immolabant dicunt ei discipuli
quo vis eamus et paremus tibi ut
manduces pascha
13 et mittit duos ex discipulis suis et dicit 11,1; Lc 19,29; Mt 11,2; 21,1
eis
ite in civitatem et occurret vobis homo
laguenam aquae baiulans
sequimini eum
14 et quocumque introierit dicite domino
domus
quia magister dicit
ubi est refectio mea ubi pascha cum
discipulis meis manducem
15 et ipse vobis demonstrabit cenaculum
grande stratum
et illic parate nobis
16 et abierunt discipuli eius
et venerunt in civitatem
et invenerunt sicut dixerat illis
et praeparaverunt pascha
17 CLXI IIII Vespere autem facto venit cum 17.18: Lc 22,14 17—21: Mt 26,20–25
duodecim
18 et discumbentibus eis et manducantibus
ait Iesus

36 ne] nec D.; et A || **14**,2 enim] autem ꞇ. | populo PC.; in populo GD ꞇ | 3 esset + iesus ZPΦ | bethania G.; in bethania ZP | 4 et *om.* ZPΦ | 5 uenundari ZPGΦ ꝏ | 7 habebitis¹ MPDC | habebitis² FPDC | 8 *num.* 159/4 *ad* praeuenit *pon.* ZPΦ, *ad* amen M. | in sepultura ZP | 9 in uniuerso mundo AMZPΦ ꝏ | 10 scariotis AMꝺ] -tes *cet.* | 12 ut manduces pascha] manducares p. Z.; manducare p. P.; p. manducare G. | 13 in ciuitate SAMP | occurrit AMPGD | 16 in ciuitate M | parauerunt AMFGΦ ꝏ | 18 eis] cum eis A | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ ꝏ

amen dico vobis
Ps 40,10! Io 13,18.21 quia unus ex vobis me tradet qui
manducat mecum
Lc 22,23 [19] CLXII/I At illi coeperunt contristari et
dicere ei singillatim
numquid ego
[20] CLXIII/II Qui ait illis
unus ex duodecim qui intinguit me-
cum in catino
Lc 22,22 [21] et Filius quidem hominis vadit sicut
scriptum est de eo
vae autem homini illi per quem Fili-
us hominis traditur
CLXIIII/VI Bonum ei si non esset natus
homo ille
6,41! 22—25: Mt 26,26-29; Lc 22,18-20; I Cor 11,23-25 [22] CLXV/I Et manducantibus illis accepit
Iesus panem
et benedicens fregit et dedit eis et ait
sumite hoc est corpus meum
[23] CLXVI/II Et accepto calice gratias agens
dedit eis
et biberunt ex illo omnes
[24] et ait illis
hic est sanguis meus novi testamenti
qui pro multis effunditur
[25] amen dico vobis
quod iam non bibam de genimine
vitis
usque in diem illum cum illud bibam
novum in regno Dei
Lc 22,39! 26—31: Mt 26,30-35 [26] CLXVII/VI Et hymno dicto exierunt in
montem Olivarum
[27] CLXVIII/IIII Et ait eis Iesus
omnes scandalizabimini in nocte ista
CLXVIIII/VI Quia scriptum est
Za 13,7 percutiam pastorem et dispergentur
oves
16,7; Mt 28,7 [28] sed posteaquam resurrexero praece-
dam vos in Galilaeam
[29] CLXX/I Petrus autem ait ei
et si omnes scandalizati fuerint sed

non ego
[30] et ait illi Iesus
amen dico tibi
quia tu hodie in nocte hac prius- 72; Lc 22,34! Io 13,38
quam bis gallus vocem dederit ter
me es negaturus
[31] CLXXI/VI At ille amplius loquebatur
et si oportuerit me simul conmori
tibi non te negabo
similiter autem et omnes dicebant
[32] CLXXII/I Et veniunt in praedium cui 32—42: Mt 26,36-46; Lc 22,40-46
nomen Gethsemani
CLXXIII/VI Et ait discipulis suis
sedete hic donec orem
[33] et adsumit Petrum et Iacobum et Mt 26,37!
Iohannem secum
et coepit pavere et taedere
[34] CLXXIIII/IIII Et ait illis
tristis est anima mea usque ad mor- Io 12,27
tem
sustinete hic et vigilate
[35] CLXXV/I Et cum processisset paululum
procidit super terram
et orabat ut si fieri posset transiret
ab eo hora [36] et dixit
Abba Pater omnia possibilia tibi Mt 19,26! Gal 4,6
sunt
transfer calicem hunc a me
CLXXVI/I Sed non quod ego volo sed Io 5,30; 6,38
quod tu
[37] CLXXVII/II Et venit et invenit eos dor- 40
mientes et ait Petro
Simon dormis
non potuisti una hora vigilare
[38] vigilate et orate ut non intretis in 13,33
temptationem
CLXXVIII/IIII Spiritus quidem promptus
caro vero infirma
[39] CLXXVIIII/VI Et iterum abiens oravit
eundem sermonem dicens
[40] et reversus denuo invenit eos dor- 37

S(s)A(M)Z (F)P(G)DCΦ cɒ

18 ~ tradet me Zc | 19 ei *om.* ZFCΦ | 20 mecum] *praem.* manum PΦ; + manum Fc | 21 tradetur PDΦc | bonum SDC𝔊] + est AMɒ; + erat ZPΦc; + esset G | 24 effundetur ZPGDCΦc | 25 quod] quia c | de + hoc c | 27 *num.* 168/4 *ad* omnes *pon.* ZPΦ | in] in me in ZPΦc | *num.* 169/6 *ad* percutiam *pon.* SZPCΦ, *ad* sed posteaquam *infra* MGɒ | 28 postquam Dc | surrexero AMGɒ | 29 ei] illi c.; *om.* C | fuerint + in te Pc. | 30 ~ gallus bis uocem G; ~ gallus uocem bis c. | 32 *num.* 173/6 *ad* sedete *pon.* SAGDC | 33 adsumpsit sPG | 35 [*deest* M *usque ad v.* 47] | 36 ~ tibi possibilia AFGcɒ | 38 *num.* 177/2 *ad* uigilate *pon. codd.* | promptus + est Dc |

mientes
Lc 9,32 erant enim oculi illorum ingravati
et ignorabant quid responderent ei
[41] CLXXX/IIII Et venit tertio et ait illis
dormite iam et requiescite
sufficit venit hora ecce traditur Fili-
us hominis in manus peccatorum
Io 14,31 [42] surgite eamus ecce qui me tradit
prope est
[43] CLXXXI/I Et adhuc eo loquente venit
Mt 26,14! Iudas Scarioth unus ex duodecim
43—50: Mt 26,47-56; Lc 22,47-53 et cum illo turba cum gladiis et lignis
a summis sacerdotibus et a scribis et
a senioribus
[44] CLXXXII/II Dederat autem traditor eius
signum eis dicens
quemcumque osculatus fuero ipse
est tenete eum et ducite
[45] et cum venisset statim accedens ad
eum ait rabbi
et osculatus est eum
[46] at illi manus iniecerunt in eum et
tenuerunt eum
Io 18,10 [47] CLXXXIII/I Unus autem quidam de cir-
cumstantibus educens gladium per-
cussit servum summi sacerdotis
et amputavit illi auriculam
[48] CLXXXIIII/I Et respondens Iesus ait illis
tamquam ad latronem existis cum
gladiis et lignis conprehendere me
Lc 19,47; 21,37 [49] cotidie eram apud vos in templo do-
cens et non me tenuistis
CLXXXV/VI Sed ut adimpleantur scrip-
turae
Io 16,32 [50] tunc discipuli eius relinquentes eum
omnes fugerunt
[51] CLXXXVI/X Adulescens autem quidam
sequebatur illum amictus sindone
super nudo

et tenuerunt eum
[52] at ille reiecta sindone nudus profu-
git ab eis
[53] CLXXXVII/I Et adduxerunt Iesum ad Lc 22,54; Io 18,24
summum sacerdotem
et conveniunt omnes sacerdotes et Mt 26,3 53—65: Mt 26,57-68
scribae et seniores
[54] CLXXXVIII/IIII Petrus autem a longe se- Lc 22,54.55; Io 18,15
cutus est eum usque intro in atrium
summi sacerdotis
et sedebat cum ministris et calefacie-
bat se ad ignem
[55] CLXXXVIIII/II Summi vero sacerdotes et
omne concilium
quaerebant adversum Iesum testi-
monium ut eum morti traderent
nec inveniebant
[56] multi enim testimonium falsum di-
cebant adversus eum
et convenientia testimonia non erant
[57] CXC/VI Et quidam surgentes falsum tes-
timonium ferebant adversus eum
dicentes
[58] quoniam nos audivimus eum dicen-
tem
ego dissolvam templum hoc manu- 15,29!
factum
et per triduum aliud non manufac-
tum aedificabo
[59] et non erat conveniens testimonium
illorum
[60] et exsurgens summus sacerdos in
medium interrogavit Iesum dicens
non respondes quicquam ad ea quae
tibi obiciuntur ab his
[61] ille autem tacebat et nihil respondit Mt 27,14!
rursum summus sacerdos interroga-
bat eum et dicit ei
tu es Christus Filius Benedicti 15,39! Mt 26,63!

40 illorum] eorum FGDCc | grauati GDCΦc | [*adest* N *usque ad* 16,1] | 41 *num.* 180/4 *ad* et uenit *pon.* AFɒ, *ad* dormite N, *ad* sufficit ZGDCΦ, *ad* uenit hora s, *ad* surgite P | tradetur NPGDΦc | ~ filius hominis tradetur c. | 42 tradit SAC, *cf.* 𝔊] tradet *cet.* | 43 iscariotes c.; *om.* A | ex] de c | illo] eo Dc | turba SZΦ] + multa *cet.* | a² *om.* ZFPGΦc | a³ *om.* FPGc | 44 ducite S(*text.*)ZDC] *praem.* caute AΦ; + caute N(*marg.*) Pcɒ; + eum caute G; + tute N(*text.*); + ασφαλως S(*marg.*); + eum F | 45 ait + aue c | 48 [*iterum adest* M] | 49 impleantur Pc | 50 *num.* 185/6 *ad* tunc *pon. codd. et* ɒ, *ex errore archetypi* | 51 illum] eum AMFcɒ | 53 conuenerunt GCc | 54 intro *om.* AMGɒ | ~ ad ignem et calefaciebat se c. | 58 dissoluo ZΦ | 60 in medio ZP | 61 interrogauit sNC | dixit Mc | filius + dei Pc |

S(sN)A(M)Z (F)P(G)DCΦ cɒ

donec impleantur tempora natio-
num
Ioel 2,10! 25 CCLVII II Et erunt signa in sole et luna
et stellis
Ps 64,8 et in terris pressura gentium
25—28: Mt 24,29–31; Mc 13,24–27 prae confusione sonitus maris et
fluctuum
26 arescentibus hominibus prae timore
et expectatione quae supervenient
universo orbi
Is 34,4! nam virtutes caelorum movebuntur
Dn 7,13! Mt 16,27! 27 CCLVIII II Et tunc videbunt Filium ho-
minis venientem in nube
cum potestate magna et maiestate
28 his autem fieri incipientibus
respicite et levate capita vestra
quoniam adpropinquat redemptio
vestra
15,3! Io 10,6; 16,25 29 et dixit illis similitudinem
29—31: Mt 24,32.33; Mc 13,28.29 videte ficulneam et omnes arbores
30 cum producunt iam ex se fructum
scitis quoniam prope est aestas
31 ita et vos cum videritis haec fieri
10,11! scitote quoniam prope est regnum
Dei
32.33: Mt 24,34.35; Mc 13,30.31 32 amen dico vobis
quia non praeteribit generatio haec
donec omnia fiant
Mt 5,18! 33 caelum et terra transibunt
verba autem mea non transient
34 CCLVIIII X Adtendite autem vobis
Prv 23,20! Mc 4,19; Rm 13,13 ne forte graventur corda vestra in
crapula et ebrietate et curis huius
vitae
34.35: Ecl 9,12 et superveniat in vos repentina dies
illa
Is 24,17! I Th 5,3 35 tamquam laqueus enim superveniet
in omnes qui sedent super faciem
omnis terrae
18,1! Mt 26,41! Eph 6,18! Col 4,2; I Pt 4,7 36 vigilate itaque omni tempore oran-
tes
ut digni habeamini fugere ista om-
nia quae futura sunt
et stare ante Filium hominis
19,47! Mt 21,17; Mc 11,19 37 erat autem diebus docens in templo
noctibus vero exiens morabatur in
monte qui vocatur Oliveti
22,39! 38 et omnis populus manicabat ad eum
in templo audire eum
Io 2,13! 6,4; 11,55 1.2: Mt 26,2–5; Mc 14,1! 22 CCLX I Adpropinquabat autem dies
festus azymorum qui dicitur pas-
cha
20,19! Ier 26,21 2 CCLXI I Et quaerebant principes sacer-
dotum et scribae quomodo eum
interficerent
timebant vero plebem
47! Io 13,2.27 3—6: Mt 26,14–16; Mc 14,10.11 3 CCLXII VIIII Intravit autem Satanas in Iu-
dam qui cognominatur Scarioth
unum de duodecim
4 CCLXIII II Et abiit et locutus est cum
principibus sacerdotum et magis-
tratibus
quemadmodum illum traderet eis
5 et gavisi sunt et pacti sunt pecuniam
illi dare
6 et spopondit
et quaerebat oportunitatem ut tra-
deret illum sine turbis
7—13: Mt 26,17–19; Mc 14,12–16 7 venit autem dies azymorum
in qua necesse erat occidi pascha
8 et misit Petrum et Iohannem dicens
euntes parate nobis pascha ut man-
ducemus
9 at illi dixerunt
ubi vis paremus
10 et dixit ad eos
ecce introeuntibus vobis in civita-
tem occurret vobis homo ampho-
ram aquae portans
sequimini eum in domum in qua in-
trat
11 et dicetis patri familias domus
dicit tibi magister
ubi est diversorium ubi pascha cum

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

25 et[3] + in AMF | maris et] et maris G.; et maris et SMDC | 26 superueniunt ZP | 27 in nubibus Z | 28 eleuate SMF | 32 quia] quoniam SC | 33 transient] transibunt S ZPGΦ cɒ | 35 sedent] inhabitant S. | 36 itaque + in S. ‖ **22**,2 eum] iesum ¢ | 3 cognominatur SZΦ] cognominabatur PDC cɒ; uocatur A; uocabatur M; uocabitur G. | iscariotes ¢. | 6 spondit ZΦ. | [*adest* N *usque ad v.*70] | 10 occurrit AMP | homo + quidam ¢. | in domo SZFPΦ. | in quam D cɒ; qua ZP. | 11 dicitis NFP | dicet A |

discipulis meis manducem
12 et ipse vobis ostendet cenaculum
magnum stratum et ibi parate
19,32 13 euntes autem invenerunt sicut dixit
illis
et paraverunt pascha
Mt 26,20; Mc 14,17.18 14 et cum facta esset hora discubuit et
duodecim apostoli cum eo
15 CCLXIIII X Et ait illis
desiderio desideravi hoc pascha
manducare vobiscum antequam
patiar
16 CCLXV II Dico enim vobis
quia ex hoc non manducabo illud
donec impleatur in regno Dei
17 et accepto calice gratias egit et dixit
accipite et dividite inter vos
18—20: Mt 26,26–29; Mc 14,22–25 18 dico enim vobis quod non bibam de
generatione vitis
donec regnum Dei veniat
Mc 6,41! 19.20: I Cor 11,23–25 19 CCLXVI I Et accepto pane gratias egit
et fregit et dedit eis dicens
hoc est corpus meum quod pro vo-
bis datur
hoc facite in meam commemoratio-
nem
20 CCLXVII II Similiter et calicem post-
quam cenavit dicens
hic est calix novum testamentum in
sanguine meo quod pro vobis fun-
ditur
Ps 40,10! Io 13,18 21 CCLXVIII II Verumtamen ecce manus
tradentis me mecum est in mensa
Mt 26,24; Mc 14,21 22 et quidem Filius hominis secundum
quod definitum est vadit
verumtamen vae illi homini per quem
traditur
Mt 26,22; Mc 14,19 23 CCLXVIIII I Et ipsi coeperunt quaerere
inter se quis esset ex eis qui hoc
facturus esset
9,46; Mc 9,33 24 CCLXX II Facta est autem et contentio
inter eos quis eorum videretur esse
maior
25 dixit autem eis
reges gentium dominantur eorum 25—27: Mt 20,25–28; Mc 10,42–45
et qui potestatem habent super eos
benefici vocantur
26 vos autem non sic
sed qui maior est in vobis fiat sicut 9,48; Mt 23,11! Mc 9,34
iunior
et qui praecessor est sicut ministra-
tor
27 CCLXXI X Nam quis maior est
qui recumbit an qui ministrat
nonne qui recumbit
ego autem in medio vestrum sum sic-
ut qui ministrat
28 vos autem estis qui permansistis me- Mt 19,28
cum in temptationibus meis
29 et ego dispono vobis sicut disposuit 12,32!
mihi Pater meus regnum
30 ut edatis et bibatis super mensam 13,29; 14,15; Apc 3,20.21
meam in regno
CCLXXII V Et sedeatis super thronos iu- Mt 19,28
dicantes duodecim tribus Israhel
31 CCLXXIII X Ait autem Dominus Am 9,9
Simon Simon ecce Satanas expetivit
vos ut cribraret sicut triticum
32 ego autem rogavi pro te
ut non deficiat fides tua
CCLXXIIII VIII Et tu aliquando conversus
confirma fratres tuos
33 CCLXXV I Qui dixit ei
Domine tecum paratus sum et in Io 13,37
carcerem et in mortem ire
34 et ille dixit
dico tibi Petre
non cantabit hodie gallus 61; Mt 26,34.75; Mc 14,30.72; Io 13,38
donec ter abneges nosse me
35 CCLXXVI X Et dixit eis
quando misi vos sine sacculo et pera 10,4!
et calciamentis
numquid aliquid defuit vobis
at illi dixerunt nihil
36 dixit ergo eis
sed nunc qui habet sacculum tollat
similiter et peram
et qui non habet vendat tunicam

12 ~ ostendet uobis ¢ | 20 quod] qui ZPCΦ cɒ | funditur SMC, *cf.* 𝔊] fundetur NAZP DΦ cɒ; effundetur G | 22 ~ homini illi ¢ | tradetur APCΦ cɒ | 26 iunior] minor ¢. | minister ZPΦ | 30 regno + meo ZPΦ cɒ | 31 simon simon] *praem.* petro P.; simoni simon Φ; simon S. | 34 et] at ¢ | ~ me abneges nosse M. |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cɒ